

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

De dolore ac detestatione peccatorum. Cap. VII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

titudine in visione illius amoris, quo ego amator tuus,  
fragilitati tuae condescendens ea tibi prooco, ut per ea  
discas eternam prosperitatem cogitando sperare. Ad-  
uersa vero suscipias, in visione illius amoris, quo ex af-  
fectu paterna fidelitatis ea tibi immitto, ad preparan-  
form. ho-  
dum tibi pro hoc aeternum bonum Quocirca vti mo-  
neta S.Bernardus: Sit tibi Iesus, semper in corde, &  
nunquam imago crucifixi ab animo tuo recedat. Hic tibi  
sit cibus & potus, dulcedo & consolatio tua, mel tuum,  
& desiderium tuum, lectio tua, & meditatio tua, ora-  
tio & contemplatio tua, vita, mors, & resurrectio tua.  
Quantopere etiam placeat Christo Domino  
debet erga Passionem eius, & compassio, ac  
imitatio passionis illius, sic docuit ipse met B. An-  
gelam de Fulginito in eius vita c.6. numer. 102.  
audiuimus enim a Christo Domino Crucifixo has  
benedictiones super denotis ad suam Passionem, &  
super imitantes ipsam, & super sibi compatientibus, in-  
genitatem & dicentem: Benedicti vos a Patre meo,  
qui mihi compati, & mecum similiter contributari,  
viam meam secuti stolas vestras in meo sanguine lau-  
re meruistis. Benedicti qui mihi pro vobis Crucifixo, &  
immensis doloribus afflito, vt ab immensi & aeternis  
penitentiis pro vobis satisfacrem, & vos redimerem, mihi  
compati, & mecum paupertatem, dolorem & despe-  
racionem pro vobis ipsi compatiendo, digni inuenti es.  
Benedicti qui mea passione, que est miraculum um-  
rium seculorum, salus & vita perditorum, solum resu-  
gium peccatorum, memores & deuoti & compatientes  
eritis, quoniam vere & regni, & glorie, & resurrectio-  
nis, que per ipsam acquisiuitis, eritis participes tecum, &  
coheredes in secula seculorum. Benedicti vos a Patre  
meo, & Spiritu sancto, & vere benedicti benedictione,  
quam dabo in extremo iudicio, quia me in mea propria  
venientem, sicut mei persecutores, non repulisti, sed me  
desolatum in cordu hospitio per compassionem, habuimus  
recipere voluntis: qui mihi in cruce nudo existenti, fa-  
mescendi, sitiensi, inservi, clavis affixo, & morienti  
compati, & consolari mei esse voluntis, in hoc vere opera  
misericordia compleuisti. Ideo audiens in illa terribili  
hora: Venite benedicti Patri mei, percipite regnum  
quod &c. Esurii enim in cruce, & saltu per compas-  
sionem dedisti mihi manducare &c. O vos vere beati,  
& omnino benedicti: & si in cruce pro meis crucifixio-  
ribus & tortoribus cum lacrymis & fletu rogaui Pa-  
trem meum, & excusatui dicens: Pater dimittit illis, quia  
nesciunt quid faciunt; quid pro vobis, qui mihi compa-  
si, deuoti, & consolari fuisti, disturus sum, cum non in  
cruce, sed in gloria felicissima orbem iudicabo.

64. Ad hoc caput referendum, pius aspectus sa-  
cramentorum imaginum, Christi patientis mysteria  
repräsentatuum. Nominatim autem, viza Christi  
crucifixi imagine, iuxta instructionem ab eo  
datam S. Gertrudi, sic honorari potest: Cum ho-  
mo dirigit se ad crucifixum, affinet in corde suo Domi-  
num Iesum blandâ voce dicentem: Ecce quomodo causa  
tui amoris, peperi in cruce, nudus & despectus, & toto  
corpo vulneratus, nec non per singula membra dislen-  
tus. Et iam tali dulcore caritatis afficitur cor meum  
erga te, quod si saluti tua expedire, & aliter saluari

non posset, iam pro te solo, vellem omnia tolerare, qua  
vñquam estimare posset me tolerasse pro toto mundo.  
Vnde per talen meditationem, excite bono eorū suum  
ad gratitudinem. Cum B. Angela de Fulginito  
queraret à Deo, quid posset facere, per quod ei plus pla-  
ceret, ipse pro sua pietate apparuit & plures dormien-  
ti & vigilanti, crucifixus in cruce, & duebat ei, ut re-  
siperet in plagas suas, & mirabili modo ostendebat ei,  
quomodo omnia sustinuerat pro illâ: & dicebat ei:  
Quid ergo potes facere pro me quod sufficiat? Ita scrip-  
tum est in eius Vita c.1. nu.23. edita ab accuratissimo scriptore, nostro R.P. Ioanne Bollandi,  
alias cap.10. Passi. 10. antiq. edit. Et alia vice c.5.  
num. 190. Christus D. crucifixus ei apparenſis di-  
xit: Quicunque vult inuenire gratiam, non leuet oculos  
à cruce sine concedam, sine permittam eum in tristitia  
vel latititia esse vel vivere.

## CAPUT SEPTIMUM.

De dolore ac detestatione peccatorum.

A Iter affectus, qui cum gustu Dei frequen-  
tari potest, & nostro fructu, est dolor de  
peccatis propriis & alienis. Qui etsi omnibus  
necessariis est, magis tamen Religiosis, quia ita  
tutus eorum est statu penitentiae, ut docet S.Thos.  
mas. Ideo S.Iohannes Climacus gr. 22. Monachus a 13. &  
appellat, iugem excessum mentis, ac mororem vite: Opus. de  
præseri ob peccata propria & aliena, quo-  
rum memoriam perpetuam, ibidem ait esse, hamili-  
tatis opificem.

Et quidem de propriis magis esse nobis cure  
debet, qui nobis ex recto caritatis ordine prius  
quam aliis succurrere debemus. Nam, ut ait S.  
Chrysostomus, in peccatis si doleamus, & contriste-  
mur, peccati magnitudinem minuimus, & quod erat pop-  
magnum, reddimus paruum: sapere vero & funditus ip-  
sum delemus. Alteram huius fletus utilitatem ad-  
fert S.Basilius, ponderans illa verba: Conuertisti in Ps. 29.  
planctum meum in gaudium mihi: Noui libet  
anima gaudium à Deo ingignatur, sed ei, que peccatum  
suum vehementi luctu & aſſidua lamentatione plora-  
uerit: veluti si seipsum mortuum lageat: qui sane fletus  
postremo in gaudium reveritur. Tertiam huiusla-  
etus utilitatem commemorat S.Chrysostomus: Peccata nostra in memoria retinere debemus: (& de  
fle) non enim solum illa, istiusmodi extinguisimus, sed  
sit, ut inde aduersus omnes homines mitiores efficiamur,  
& Deo cum maiore, benevolentia in seruiamus, ineffa-  
bilem eius humanitatem ex istiusmodi memoriam per-  
spiciemus.

Sed si quis diuinitùs certò sciret sibi esse re-  
missa peccata, deberet ne etiam illa post hac à  
Deo immediatè acceptam notitiam deflere?  
Respondeo, deberet. Oportet, inquit S.Chrysostomus: 1.2. de cō-  
muni recordari nos priora delicta, etiam ea pro quibus puncta  
veniam consecuti sumus: ut intuentes, quod ingentem fine  
molem debiti nobis remisit Deus, & amplius eum dili-  
gere possumus, & verecundiam pudoremq; concipere,  
aque

XI. DE ORAT. PRÆSENTIA DEI, IACVLATORII. S. 21

21

Hinc magni fænti perpetuo sua etiam leuis-  
fima deflebant peccata. *Quantu[m] electus quisque ma-*  
*iori[us] sanitati preminet, inquit S. Gregorius Papa,*  
*tanq[ue] magis de his, fine quibus hac vita non ducitur,*  
*renubilis peccata dolit.* Sic S. Diadochus: *annua, si*  
*ardorem ex cupiditate mundi collectum, studiose re-*  
*flinxerit etiam valde parva errata pro grauissimi du-*  
*cem lacrymas multas, cum multa gratiarum actione,*  
*Dio offert. Sic faciebat, teste S. Hieronymo, Bea-*  
*ta Paula eius discipula: Ita leuisa peccata plangebat,*  
*vellem grauissimarum criminam crederes ream.* Idē  
*faciebat S. Ephrem, vt paſſim in eius libris le-*  
*ctor videre potest.*

Tamque affiduum & perpetuum voluit esse  
de peccatis propriis dolorem Laetantius, ut iu-  
beat Christianum in sacrificio laudis; nihil a-  
buid precari, nisi peccatis suis veniam, licet nulla  
fuit.

Et quod valde accepta Deo haec peccatorum  
nostrorum, etiam leuium, condita doloris leuius  
recordatio; quemadmodum scribit S. Vdo in  
Vita S. Gerardi Comitis. *Peccata sine quibus huma-  
na conditio esse nequit, qua nobis leuiora, illi verò vide-  
bantur grauiora, ita semper pro oculis studebat agnoscere,  
et remissione impenitentia corda non ambigeret à  
Deo clementer percipere: hoc est, diuinus agnouit,*  
remissa esse fibi grauiora virginitate & peccata,  
ob dolorosam recordationem leuium peccato-  
rum suorum. Quod ita Deus Pater declarauit  
S. Catharinae Senensi: *Valde mihi placet filia caris-  
sima ex Italico interpretor: nam latina versio  
que circumfertur, in plurimis, & paenè quavis  
pagina, discrepat aliquantulum à Dialogis S. Ca-  
tharinae, prout ab ea compotiti, & in raptu Itali-  
cè dictari suo Amanuensi fuerunt) desiderium  
volendi portare omnem paenam & laborem, vixque ad  
mortem in saltem animarum. Vnde quid quis plus su-  
stinet, plus demonstrat, quid me amet; & amando me,  
plus cognoscit ex mea veritate, & quantum plus cognoscit,*

plus sentit pœnam, & dolorem intolerabilem ex offensâ  
mei. Tu petebas sustinere & punire defectus alienos su-  
prate, & tu non aduercebas, quid tunc peteres (id pe-  
tendo) amorem, lumen, & cognitionem veritatis siquidem iam ibi dixi, quid quando maior est amor, tantum  
crescit dolor & pœna: unde cui crescit amor, crescit &  
dolor.

Ostendit hoc ipsum alteri magna Sanctæ 68.  
Deus in raptu, B.M. Magdalene de Pazzis, ut 4.p.vit.  
scribit Puccinus eius Confessarius; quæ consi-  
derans illa Euangelij verba: Exiit sanguis & a-  
qua. Vidi magnam multitudinem animarum in la-  
tere tesi, tanquam splendentes gemmas, quæ ornant re-  
giam coronam, & dicebat ita: Sic animæ nostræ orna-  
ta. (Abellite, Italice, id est, pulchræ factæ) sanguine,  
sunt corona Verbi per manifestationem, quam faciunt  
Verbi coram aliis creaturis, & ille non minus gloria-  
tur, quam Rex de propria corona Regali. Vidi animas  
qua intram hanc eternam amoris, facere duos  
affectus: Primo, transformant se per amorem in san-  
guine, postea in aqua per dolorem. Sed Deus complacet  
sibi plus in anima viatricæ, quæ se transformat per do-  
lorem, quam in illa, quæ per amorem: quamvis egoscia,  
& Verbum, quod dolor, quem sentit anima ex offensis  
tua, non potest nasci, nisi ex amore, quem habet erga te,  
qui absolute est perfectior dolore. Et per viam doloris,  
adhuc plus exercetur anima in amore proximi, regnan-  
do viuacius in ea celus salutis. Adhuc ei placet in his  
vigatoribus magis exercitium doloris, quam amoris,  
quia illud est species martyris, quæ animæ suum similes  
et in cruce pendentes, & dolore suo possint compati eius  
magni pœnis, & flere amoris lacryma eius Passionem.

Et cum dolor sit afflictius, purgat animam ab eius  
culpa. Amor est delectabilior: Sed cum sinis in hoc mundo  
vit purgetur, est magis tempus dolendi & patiens  
pro amore Dei nostri, Deus sibi magis complacet de dolore,  
quam de amore. Eadem post communionem  
dicteit à Domino, ut instar turturis gemeret, eiq[ue]  
compateretur quod tam parum sit cognitus & amatus  
à creaturis. Et, ut idem scribit de hac Sancta cap.  
quinto Vita, ed quod illa octo circiter annos nata, ob  
audita verba quedam iniuria, à contra proximum cum  
Dei offensa, totam noctem insonnum, ob hanc causam  
flos traduxisset, post annos circiter sexdecim, diuinitus  
intellexit, ob hunc actum doloris de peccato alieno,  
Deiq[ue] offensa, in celo preparatum sibi esse vestrum ru-  
brum flammeum.

Hinc S. Franciscus, ut auctor est S. Bouauen-  
eura cap. 50. Vitæ eius, Nemora replebat gemiibus,  
occa spargebat lacrymis, pectora manus undebat, &  
quasi oscularium nactus, confabulabatur cum  
Domino suo. Ibi respondebat Iudici &c. Ibi quoque fra-  
tribus ipsum pie obseruantibus, aliquoties auditus clá-  
nosis gemiibus apud Diuinam clementiam pro pecca-  
tis interpellare. Et, ut idem de illo alibi scribit,  
Cum cerneret animas Christi Iesu sanguine pretioso  
redemptas, inquirari aliquâ sorte peccati, tant à misera-  
tionis teneritudine deploravit, ut eas cæquam Ma-  
ter in Christo quotidie parturiret. Quia te bene fasc. amo  
ai B. Laurentius Iustinianus: Non potest non dñe cap. 14.

de alienis, qui veraciter plangit sua peccata. Sanum membrum in corpore possum, si languentibus ceteris non auxilietur, nomine superuacue locum suum occupat, si & fideles quique in Ecclesia corpore constituti, si peccantes fratres agnoscant, si non stendit aut compatiendo de delinquientium perditione non doleant. Sic Mediator noster, super perituram uitiam lacrymatus est, qua eod magis plangenda erat, quod se mimetis flebilem agnoscebat. Quotquot igitur caritatis sucenti sunt face, proximorum tanquam propria deflenti sceleris. Nemo tamen dignè plangit aliena qui voluntariè delinquendo negligit sua. Definat peccare ex proposito, qui erratibus vult condolare alienis. Nullus quamvis sanctus, quamvis perfectus & iustus, propria cesserere delicta, tamen si cum dolore maximo ac compunctione ardore plangat aliena. Et S. Augustinus: Gemini plerumque in peccatis fratrum nostrorum, & vim patiuntur, & torquemur animo. Quem morem etiam Moyses habuit, & ob eum ait S. Chrysostomus, illum sūisse uectum à Deo ad thronum publici dominatus. Hinc S. Chrysostomus inquit: Qui pro alienis peccatis dolet, Apostolica præsevera riscera, & beatum illum imitatur, dicentes: Quia infirmatur, & ego non infirmor quibus offenditur, & ego non vivere quis non irascatur, inquit S. Augustinus, videns homines seculū verbu & non factis renuntiantes: quis est, qui non irascatur, videns fratres insidiantes fratribus, fidem non seruantes, scelus, quod infiximus Sacramentū Dei? & quis enumeret omnia, quibus irascitur corpus Christi, quod intus viuit, in Spiritu Christi, quod gerit tanquam granum inter paleas? Vix enim apparent isti qui sic gerunt, qui sic irascuntur (vitiis aliorum, non personis) quomodo vix apparent grana, quando area tritatur. In his ergo non apparentibus & gementibus irascitur qui dicit alio loco: Zelus domus tuae comedat me. Dicit & alibi, quandoquidem videt multos malafacientes: Tadum detinuit me a peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Dicit & alio loco: Vidi infestatos, & tabescbam. Vidi scire pium luctum Sanctorum? inquit S. Chromatius Aquileiensis Episcopus, (appellatus à S. Hieronymo, sanctissimus & doctissimus) audi dictum de Samuele Propheta, quia usq[ue] ad diem mortis eius, luxerit Regem Saalem. Hieremias quoque cum populi peccata fureret, ita ait: Vt flamina aquarum transferunt oculi mei, super contritionem plebis mea. Et iterum: Quis dabit capiti meo aquam, & oculus meis fontem lacrymarum? & plorabo hanc legem die ac nocte. Daniel etiam graui luctu pro populi peccatis afficitur secundum que ipse refatur dicens: Et eram, inquit, lugens tribus hebdomadis dierum, panem non manducans & vinum non bibens. Sanctus quoque apostolus quosdam Corinthiorum luctu simili deflet, dicendo: Et veniam ad vos, ut lugem multos ex his, qui ante peccaverunt, & non egerunt penitentiam in immunditia quam gesserunt, & fornicatione. Huiusmodi ergo luctum Dominus perpetui gaudij consolatione compensat, secundum quod Esaias retulit, dicens: Date his qui lugent Sion gloriam pro cinere, uulnus etiatis lugentibus pro spiritu magnitudo, amictum gloria, dial. e. 28. Quocirca Deus Pater dixit S. Catharina Sc-

nensi: Rationabiliter vos electi mei statu in amaro dolore cordu, propter offensas, quas ingiter ab homine recipio, & ex compunctione sue damnabilis ignorantia, cum qua me grauerit offendit, in detrimentum, immo in damnationem anima sua. Hoc enim à vobis accepto gratanter, & ita volo vos agere. B. Angela de Fulgino ante mortem dans monita suis spiritualibus filiis per modum testamenti. c. 23, vita nu. 257, dixit: Dico vobis, quod plus recepit anima mea de Deo quando ploraui peccata proximi, quam mea. Et mundus tristis in hoc quod dico, quod homo posset plorare peccata proximi, sicut sua, vel plus quam sua, quia videtur esse contra naturam. Sed caritas que hoc facit, non est de hoc mundo. Tales pro aliorum calamitatibus lacryma, præcipue Sacerdotes decent. Ideo monet S. Propheta Ioël: Plangite Sa- Iocel. 1.13. cerdotes, plorate ministri altaris.

Hic de alienis peccatis dolor, etiam in Sancto Ignatio nostro, nondum Sacerdote, viguit.

Hinc factum est, ut cum Barcinone literis dans operam noctu oraret in domo Ioannis Paschalii, splendore cælesti prodeunte è facie, cubiculumque illustrante, elenaretur ad quinque cubitos à terrâ, & hac verba ingeminaret: O Domine, cor meum ò dilecte mi, & si te homines cognoscerent, pag. 37. nunquam peccarent: uti iurati testes alterunt in processu Procesu Barcinonensi & Minorellano. Hunc non invenimus primus eius socius P. Petrus Faber, vt l. 2. c. 13, est in eius Vita. Habet continentem tristitiam animi, quā tangebatur pro peccatoribus derelinquentibus legem Dei. Plenum enim habebat cor illo Spiritu Davidis, qui dicebat: Vidi prævaricantes, & tabescere Ps. 118.bam. Hac est persecutio, inquit, S. Augustinus, quam 153. patiuntur omnes, qui volunt in Christo pie vivere, secundum apostolicam veram mordacemq[ue] sententiam. Quid enim hic magis persecutio vitam bonorum, quam vita iniquorum, non cum cogit imitari quod dispergit, sed cum cogit dolere quod viuet. Quoniam coram pio viuens impie, et si non obligat conscientiem, cruciat sentientem.

Potò hi affectus doloris ob aliena peccata, 71. potissimum tunc frequentandi sunt ex Dei dilectione, dum audimus aliquod peccatum mortale commissum ab aliquo, siue in confessione Sacramentali, siue extra illam. Ideo B. Clara de Monte Falco, ut scribit in eius Vita Baptista ep. 4. Pergilius: Cum audiret aliquem in peccato mortali fini existente, subito ad Christum in cruce pendenter conuersa, flebat in consolabriter, & è profundo cordis suspirans dicebat: Ergone perditum est pro hac anima, quicquid pro ea toleravit meus Dominus? Et non valens id ferre, prosternebat se in terram, & pro illius confessione peccatoris orabat. Deinde dolendi ab aliena peccata, ampla commoditas est & occasio, cum iter facimus, vel domo eximus. Potest autem suppeditare copiosam materiam simili affectuum deplorandus status orbis tertiarum, multò maiore ex parte, Dei cognitione carens, & innumeris repletus sceleribus, ob quae de illo merito etiam nunc dicere possumus, quod olim

la de  
Cath  
cap. 6.

olim scripferat S. Bernardus ad Eugenium Pa-  
pan: *Leua oculos considerationis tuae. & vide regiones,*  
*finum sunt magis sicca ad ignem, quam alba ad messem.*  
*Quam multe, quas putraveras fruges, diligenter inspe-*  
*cte, sepius potius apparetum? Imo ne vepres quidem:*  
*anno. & veteros arbores sunt, sed non fructiferæ,*  
*nisi forte glandum aut siliquearum, quas porci man-*  
*duant. Alia enim in quatuor amplissimis Imperiis, videlicet Turcico, Persico, Tartarico, & Si-  
nensi, cacciatæ Machometanæ, vel Ethnicæ la-  
borat. Et regiones in eâ nonnullæ, et si fidem*

Christi colant, tamen comparatae aliis, sunt in-  
stauratae aquæ, oceano collatae vii benè pon-  
derant Thomas à Iesu pius & doctus vir in sti-  
mulo Missionum.

Africa, olim Christi cultu illustris, & quæ in-  
ter alia complectitur Barbariam, Numidiam, Libyam, Nigritarum regionem, & magnam Turcici Imperij partem, versus Egyptum, & Mauritaniam, item Aethiopiam interiorem, & Presbyteri Ioannis vastissimum Imperium, quod inter turumque Tropicum à mari rubro ad Aethiopicum ferè Oceanum pertingit, aut Ma-  
hemetanis, aut Ethnicis, aut Schismatricorum erroribus scatet maximâ ex parte, & Christi fi-  
dei aduersatur.

America quoque maiore ex parte fidei verâ de-  
stutitur. Sunt enim plurimæ Provinciæ in Orientali & Occidentali Indiâ, sine Euangelij luce, & quidem Provinciæ ampliæ, ultra fretum Magallanicum, in maxima terra spatha diffuse, ultra Peruanum Regnum atque ad vrasque tipas magni fluuij Maragnon, mille circiter Leucas longi. Præterea campesitia quæ adiac-  
tent nouo regno Gratanen, mille sunt circiter Leucarum. Ibidem est Regio amplissimus Indo-  
run ciuitatibus celebris, Laguana dicta, maxi-  
mus idem tractus terræ, quem appellant Flori-  
dam, & nouus Mexicus, & trecentæ Insulæ, quas vocant Lucaias, quarum aliqua Italiam magnitudine superant, ex quibus tantum duodecim parent Regi Hispaniæ. Præter haec sunt undecim millia Insularum Philippinarum, quarum aliqua tota Hispania sunt maiores, & qua-  
rum vix triginta parent Hispanis. Ut nihil di-  
cam de Regno Tibeti, & aliis ante annos pau-  
cos reperiis à Patribus Societatis nostræ.

Europe vero quā magna pars sine Dei co-  
gnitione verâ vinit, Anglia, Scotia, Sueria, Da-  
nia, magna Germania, Polonia, Lithuania, Rusia, Sclauonia pars, vel heresi vel schis-  
mate infecta. Catholica vero regna, vt & reli-  
qua omnia, tot peccatis coquinata scimus, vt  
omnes ferè latitiae materiem obseurent, quæ  
ex bonis pauciorum operibus percipi possit.  
Deplorabat sui temporis in Ecclesiâ statum B.  
Laurentius Iustiniianus, copiosissimè describens  
facilitatem primitiæ Ecclesiæ, & postea ma-  
gnum in dexterius mutationem in tractatu de  
compunctione & complanetu Christianæ per-

fectionis, in quo inter alia hæc habet, etiam no-  
stro huic tempori, non meliori, valde conue-  
nientia: *Orat assidue Ecclesia, si quo modo ad præteri-  
tum in præsentis se posse reformare decorum, quam*

*quam in sua pene supplicatione deficiat, impossibile ar-  
bitraris, se posse esse quod fuerat. Nec ab re agnoscentis*  
*propheticum illud in se esse completum: Omnes declina-  
uerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bo-*  
*num, non est usque ad unum. Declinauerunt prorsus*  
*omnes Ecclesiæ status. Sceleræ vigent, nedum in infe-  
rioribus, verum & in mediocribus & sublimioribus*

*membris, adeò, vt confusa videantur vniuersa, vt à  
plantâ pedis usque ad verticem capitis, in hoc corpore,  
spiritualis non appareat sanitas. Attende (oro) diligen-  
ter in turbis populorum, & in singularibus plebis, quā rari in eis sint, qui diuina mandata custodiunt,  
Ecclesiæ sanctiones seruent, contenti sunt propriis, aliena  
non rapiant. Undique adulteria perpetrantur, sunt  
super sacra, homicidia, rapina, surta, deceptions,  
& horum similia. Quid de his memorem? cum diuinæ  
nomini reverentia, si omnino neglecta esse videatur, vt  
Sanctus existimetur, qui Deum, Sanctos, Calestemq;  
non blasphemet Curiam; superabundant prorsus in ore  
hominum mendacia, peruria, iuramenta, detractiones,  
vaniloquia, impudicæ, verba. Gemit mater Ecclesiæ  
perditionem istorum. & velati proprios deploret filios.*

*Etsq; maior Ecclesiæ vehemens (pergit col. 10.) cum  
tani innumerabilium filiorum spiritualem deploret in-  
teriorum, & vix repariantur, qui condoleant. Quæ om-  
nia esse debent inexhausta materia incredibilis  
doloris, menti Deum sincere amanti, & de eius  
honore ac gloriâ sollicitæ.*

Sed maximè hoc incumbit Pastoribus Ec-  
clesiæ, contra quos id omittentes, acerbè inue-  
ctus est Deus coram S. Catharinæ Senensem: *Vbi  
est ingens & affectuosum desiderium circa meum hono-  
rem, atque salutem animarum? Vbi est ille dolor atque  
crucias, quo salubriter affligi debet vidente lupum  
infernalem auferentem atque devorantem ouiculas  
meas? Non adest. Quoniam in arculo corde tuo atque tuæ  
similium, amor mei atque proximorum tuorum non  
est, neque etiam capere potest in eo. Tu soluminodo dili-  
giu temetipsum amore priuato atque sensitu, cum quo  
veneras temetipsum & alios. Tu es ille demon infer-  
nalis, qui devoras eas cum inordinato amore. Aliud  
non videtur appetere gula tua. Et ideo minime curas,  
quamvis ille demon inuisibilis eas absortet. Tu ipse da-  
mon visibilis effectus es instrumentum, vt ad inferna  
descendant. Quos vestia atque pingue facti de substan-  
tiâ Ecclesiæ Temetipsum & alios diabolicos viros vnde  
tecum, simul & animalia tua: videlicet pulchros equos,  
ornatos, quos in stabulo tuo tenes, non ex necessitate,  
sed ex curiositate proper inordinatas concupiscentias  
tuas.*

*Porro præter peccata grauia quæ deploran-  
dasunt, exemplo nostri P. Balthasaris Aluarez,  
valde dolendum est, quid videamus multa tempora adeò  
vacua hominibus, plateas vero cunctatis adeò reservatas. Et  
tam paucos esse, qui accedant ad negotia sua apud hunc  
Dominum peragenda, in Tribunalis (SS. Eucharistie)*

& Throno, quem habet in terra manentem: cum huius rei causa nobiscum manere voluerit.

72. Quid si de alienis peccatis dolendum est, multò magis de propriis, vel certè non minus dolor haberi debet. Vnde S. Bernallatis illis ver- Ezech.

Sin Cant. S. Bernallatis illis ver- Ezech. omnes annos meos in amaritudine anima mee; Oportebat, inquit, si fieri posset, requiri me, ut ita loquaris, denud. qui male vixi, sed quia hoc non possum, salte recognitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anima mee, faciam recognitando, quod reoperando non possum. Talis autem recognitatio peccatorum, intimo animi dolore condita, & corpus & animam peccatoris penitentis pulchram reddit. Hoc mysticè si-

gnificatum ait S. Gregorius, per res turpissimas, annos & mures, arcas appensas, ex auro factas:

Quia, inquit, dum commissa attenius lugens, in splendorem luctuosa membra deauramus. Membra deaurantur, cum corpus terrena & canosa concupiscentiarum fæditate deforme, in splendorem commutatur eterna vita: cum videlicet per sancta conuersationis pulchritudinem radiat, quod in appetitu mundana delectationis, peccatorum fætore sordebat. Quin iñd ipsa peccata nostra defleta, quodammodo benevolent in oculis Dei. Vide, inquit S. Chrysostomus, quanta sit misericordia Salvatoris: peccata nostra mali odores sunt, putredo sunt, tamen si agamus penitentiam propter peccatas, si ploremus peccata nostra purida, unguum efficiuntur.

73. Hoc ostendit P. Ludouicus de Ponte, Marca pro Cesco, Virginis sanctissimæ, post mortem apparens Anno 1626. 14. Februarij, cum hæc dixit: Vide misericordiam Dei, quid est culpa in fe considerata, non possunt esse bona pro vllâ re, tamen Dominus ex infinita sue caritate, occasione illarum, scit animabimur facere tam magnum bonum. Hoc ipsa Marina (Anno 1633,) mortua Vallisoleti, in Procellu Informativo pro Canonizatione P. Ludouici de Ponte facto, Authoritate Episcopi Vallisoletani, coacta fuit, (est inuita, præ modestia & humanitate) iurecurando coram Notario Apostolico & testibus narrare. Merito ergo S. Dorotheus scriptum reliquit: Non est possibile absque cordis compunctione malitiam deferere, aut virtutis quidam omnino possidere.

74. Non mirum itaque, quod S. Climacus tanti fecerit hunc dolorem, ut scriptum reliquerit, Marentium dolorem ac gementium, pluris lachrimas quam lacrymas, puto quod Deus sic iudicet. Cur? quia ut docet S. Thomas, per se loquendo & simpliciter, potior est dolor interior, quam exterior. Et tamen dolorem Deus Pater, coram S. Catharinâ c. 9. dial. Senensi appellauit, ignitas atque cordiales lacrymas, dixitque, non esse efficacie minoris, istum frumentum ignitarum huiusmodi lacrymarum, quam si ille lacrymarum oculorum, imò frequenter esse ampliorum efficacie, iuxta menitam amoris.

Frequens ergo recordatio peccatorum habenda est: Si tu eius memor es, inquit S. Chrysostomus: Deus non eris memor. Fecisti malum: memor es.

ut Dominus Deus tuus illud obliuiscatur. Et alio in loco: Nihil ita corrigit peccatum, sicut perennis memoria; nihil ita sequem facit hominem ad malum. Porò metuendum non est, ne recordatio peccatorum nostrorum, dolorque ob illa conceperit, nos mortore obruat, vitamque nobis iniundam reddat. Quia, ut ait S. Ioannes Cl. 7. col. 1. Ipsi compunctionis vim considerans, stupet, + quoniam modo ea, que luctus & mortor dicitur, gaudium intrinsecus & letitiam, veluti vel & saum comestia, posideat. Quid igitur ex hoc vobis innuitur? Id profectò, quod propriè donum Dei huiusmodi compunctionis pro confessio habeatur. Est tunc in anima iucunda voluptas, Deo latenter mæstos & contritos corde consolante. Luctus quippe certus fixus, dolor est anima perit, precursum beatissima tranquillitat in pleris, consumens omnem vitorum filiam. Et simul replens eam admittibili iucunditate. Electi enim Dei, inquit S. Gregorius Papa, vi ad Deum peruenient, in firmitate sue incessanter excessus deplorant: quia & paucit, inde refectione intima dulcedinem sentiunt, unde vim suauissimi amoris per lacrymas emitunt. Sedet de alienis peccatis dolor ac gemitus & lacrymae sunt causa spiritualis letitiae. Idem, inquit S. Basilus, h. 4. de & quia ultraneo marore se afficiunt ob peccata pro- grat, acti- ximorum, haud per id letitiam exinaniant suam, ve- riū audierunt eam & cumulatiorem reddunt, vt qui perfici merentur Domini sui gaudio, ob lacrymas in gratiam fratris effusa. Apostolus igitur, ut cum flenti- bus & ipsi fleamus permitit: quod etiāmodi lacrymae sunt seminum quoddam, quibus eternam illud gaudiū inrecessit quotidie, & cumulatur.

Verum notanda sunt quædam circa hunc dolorem de peccatis. Primo, monitum datum à Deo S. Catharinæ Senensi: Noli, inquit, ipso defensus in particulari considerare, sed in generali, ne mens inquietetur, sive contumeliat in recordatione particula- rum atque turpium peccatorum. Hoc sensu intel- ligendus est apud Cassianum Abbas Pinifus dicens: Præteritorum memoriam de industria retrahere non oportet: quin imò, etiam si violenter irrepserit, protinus extrudatur. Multum namq. retrahit mem- tem a contemplatione puritatis, eius præcepti, qui in solitudine commemoratur, implicans eam fardibus mundi huius, & prescens fætore vitorum. Et paulo post ait, à recordatione peccatorum, ita resiliendum esse, sicut vir honestus refugit procacu' similia & impudica in publico amplexus. Hæc doctrina, si ita accipiat, ut verba sonant, valde pernicioſa est, & contraria praxi Sanctorum, qui etiā ordinatè loquendo, non descendant ad recognitanda cū dolore peccata in particulari, tamen in genere, etiam sub certa specie peccatorum, ea deflent, aliqui vero magis defacatum habentes cor, etiam in particulari eorum reminiscuntur, ut se coram Deo humilient & confundant, sine ullo tamen aut impunitatis sensu, aut contemplationis damno, quia inmodice, ex eorum recordatione, in purissimos & suauissimos rapi solent con- templationis nitidissimæ excessus, ut docent Magi-

Majstri Theologia mysticæ, & de se scribit S. Teresa, & id suis faciendum suadet. Et S. Catharina Senensis in orationibus suis in fine diaconatus positis, expedit, & B. Angela Fulginas, scriptum in Vita sua de se reliquit. Eo ergo modo vii supra diximus, explicanda sunt verba Pius, iuxta monitum à Deo datum S. Catharina Senensi.

77. Secundum notandum est alterum monitum Dei Patris, ibidem eidem S. Catharinae datum: Insuper admonere homines acceptent, siue retingant in se, considerationem solammodò peccatorum, siue in generali siue in particulari, sine consideratione atque memoria sanguinis & magnitudinis divinae misericordia, ne inde veniant in confessionem. Quia si notitia sui, & confidatio peccatorum, non condiretur memoria sanguinis atque misericordie, permanenter homines in confessione sua, & cum ipsa simul & adversario demone, qui sub colore contritionis & disperitionis peccatorum, eos adduxit in eam, ultimè pertingerent ad desperationem & eternam damnationem. Quocirca bene docuerat S. Diadochus: Ninius dolor, animam in desperationem & diffiditiam proficit. Quocirca non tantum desperatio vitanda est, sed etiam minima tristitia, immò omnis moeror, eorum constringens, pusillanimitatemque inducens, & defectum spei circa misericordiam Dei. Abiice, monet S. Ioannes Climacus, abs te eum, qui in profundissimo luctu ad te accidit, canem, Deumq; tibi imlementem & immisericordem suggesterit.

78. Tertiù notandum est monitum S. Bernardi, tū alii, tum Tironibus, præsertim scrupulosis ac timidis, valde necessarium: Ad Dominum, inquit, iam concurso, non numù crucis preteritorum conscientia delitorum, sed tantum humilitate vestre, sicut & ipsum. Ego sum, inquit, minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei. Ita & nos humilemur sub potenti manu Dei & fiduciam habemus, quia & nos misericordiam concessit sumus. Et alio in loco suadet: Suade vobis amici mei, reflectere interdum pedem à molestia & anxietate recordatione viarum restrarum, & evadere in iusta plantula strenioris memoria beneficiorum Dei, ut qui in nobis confundimur, ipsius intuitu respiretis. Est quidem necessarius dolor de peccatis, sed non sit continuus. Interpoletur tamen recordatione diuine benignitatis. Misericordia absinthio mel, vt salubris amaritudo salutem dare tunc poscit, cum immixto temperata dolore bibi poterit. Deinde sicut omnia alia operata dixi supra, offerenda esse in uione meritorum Christi, propter Deum purè amatum amore benevolentiae; ita & isti dolores moderati, de Christi Passione & morte, & de nostris alienis peccatis, propter idem motuam Diuinę Caritatem, in nobis excitari debent.

79. Quartù notanda est vilis reprehensio quod ad fundam spiritualium virorum, facta à Gerlone Cancellario Parisiensi, merito perstringente quodam sui temporis deuotulos, qui ambulantes in mirabilibus super se, ita suorum obli-

uisebantur peccatorum, ut id solum tironibus & recens conuersis relinquerent, se autem S. Paulo adiungebant, quali in tertium volentes cœlum ascendere, & nihil aliud crepabant, quam Theologia mystica anagogias, Descriptio transformationes in Deum, raptus extases, conuentiones cum summo bono, absque interuenta medijs submersiones in abyssali profundo diuinitatis, amores an-

nibilantes, sic enim loquebantur, despicientes rerum diuinatarum considerationem, per discursus pios & similitudines adiutam, à dæmone Rego superbiæ, vel à proprio cerebro, temeritate & præsumptione pleno, decepti. Et utinam etiam hoc nostrum seculum, hoc spiritu imbutis careat.

Porrò pro solatio eorum, qui aliena peccata & sua deflent, adiungam hoc loco doctrinam à Deo Patre traditam S. Catharinæ Senensi: His est ultimus ille status, in quo consistit anima, beata simul & dolorosa. Beata quidem est, ex uione quam in me fecit per sensum, anorem gustando diunum. Dolorosa vero consistit ex offensionibus quas contra me fieri conspicit quia sum aeterna bonitas, quam vidit & gauduit in cognitione sui atque mei. Nec impeditur ex hoc ille status uirtutius, qui magna dulcedine lacrymas effundit, ex agnitione suimet in caritate proximi: ubi gemitum inuenit amor ex diuina misericordia mea: & amaritudinem ex offensa proximorum, flendo cum fluentibus, & gaudendo cum gaudientibus. Hi namq; sunt viventes in charitate, de quibus anima latatur, attendens à seruis meis exhiberi nomini meo gloriam & laudem. Et alias ei dixit: Peccata non affligens ex offensa mibi facta & detimento proximi, fundatur in charitate sincerissima, pinguis faciens animam. Itaque gaudet & in se latatur, quia signum est aperte demonstratum esse me per gratiam singularem in anima.

Cum hoc dolore de peccatis alienis, conjungenda est ardens oratio pro conuersione peccatorum, & diu continuanda, ut profit. Quia de te infra agetur c. 10 n. 93.

## CAPUT OCTAVUM.

### De renouatione virorum.

Tertium genus affectuum esse potest, iterata, sed feruens, renouatio virorum Religiosorum, vel aliorum, valde Deo & Sanctis accepta. Quod ita intellexit diuinitus in quadam raptu Beata Maria Magdalena de Pazzis, vti scribitur c. 118. in vita eius. Quoties renouantur promissiones factæ Deo, sit quadam renouatio uirionu cum Deo, & acquirit anima dilecta uironem plus vel minus, secundum statum perfectionis, in quo repertur, & secundum charitatem, quam habet in se. Et hac renouatio, facta ab anima interiori, est solarium S. Trinitati, quoniam est renouatio complacentie interne, quam habet anima in se ipsa, & de se ipsa, cum tali oblatione facta Deo, reuocando semper primam delectationem primæ oblationis, cum noua complacentia, & noua delectatione. Et Ma-